Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



uterq; nudus: adá scilicet et uxor eius: & non erubes
.3m. cebant. Sed & serpens erat callidior cunctis ani
mantibus terre que fecerat dns ds. Qui dixit
ad mulierem. Cur precepit uobis ds ut non comede
retis de omni ligno paradysi. Cui respondit mu
lier: De fructu lignorum que sunt in paradyso uesci
mur: de fructu uero ligni qd est in medio para
dysi precepit nobis ds ne comederemus. & ne
tangeremus illud. ne forte moriamur. Dixit au
tem serpens ad mulierem. Nequaquam morte morie
mini; scit enim ds qd in quacunq; die comede
ritis ex eo aperientur oculi uri: & eritis sicut
dii. scientes bonum & malum. Vidit igitur mulier
qd bonum esset lignum ad uescendum. & pulchrum oc
ulis. aspectuq; delectabile. & tulit de fructu il
lius & comedit: deditq; uiro suo. Qui comedit.
& apti sunt oculi ambo. Cunq; cognouissent se esse nu
dos. consuerunt folia ficus & fecerunt sibi perizoma
ta. Et cum audissent uocem dni di deambulantis
in paradyso ad auram post meridiem. abscondit
se ada & uxor eius a facie dni di deambulantis in medio
paradysi. Vocauitq; dns ada: & dixit ei. Ada
ubi es. Qui ait. Vocem tuam audiui in paradys